

gl. & Doct. super ca. inf. de simo. c. de simoniace. aut q̄s depen-
 dat cum promotore per simoniam eo ignorante commif-
 sam ad inferiorem dignitatem episcopali, vel simplex be-
 neficium, tene q̄ habetur per glo. & Doct. super ea, de elec.
 21 c. si alicuius. ¶ Quis autem dispensat cum eo, qui per simo-
 niam eo ignorante commissam, vt possit reassumi ad ean-
 dem dignitatem? tene q̄ hic, q̄a solus papa ad, q̄ no. de po-
 stu. præla. a. si. sic apostillauit tempore lecturæ. Aut est simo-
 niacus in beneficio, & tunc, aut vult solū ad ordines promo-
 ueri, vel ad aliud beneficium, & potest archiepiscopus dis-
 pensare, aut intendit reassumi ad eandem dignitatem, vel
 beneficium, & tunc si simonia est scienter commissam, non
 potest ab inferiori a papa dispensari, nec de facili papa dis-
 pensat, vt patet hic. Aut fuit commissam simonia ignoranter
 & si beneficium est simplex data libera resignatione, ex dis-
 pensatione epi. potest ad illud beneficiū reassumi, de elec.
 c. si alicuius. & dicit glo. q̄ tunc episcopus dispensat & ca-
 pitulum tantum. si autem beneficium non est simplex, sed
 est dignitas inferior episcopali, & tunc dicit q̄ post liberam
 resignationem dispensat eps, ar. i. q. i. c. præsentium. vbi dis-
 pensat, quod est plus cum simoniace promotore ad ordines
 gnoranter, vt possit ad beneficium, vel dignitatem promo-
 ueri, ad hoc decret. si alicuius, de elect. Si autem de hoc con-
 tenderit in iudicio, & electio sua reprobata fuit, q̄ simonia-
 ce fuit adeptus & eo ignorante, & tunc episcopus illa vice
 & in illa vacatione cum eo non poterit dispensare, sed pos-
 teea sic sup. de ele. c. si alicuius, in princ. de hac materia inf.
 de simo. c. de simoniace, & i. q. iii. ca. ex multis, per Guil. in
 Spec. tit. ii. s. nunc ostendendum. ver. 23. & seq. secundum
 Io. An. Si agitur de reassumendo tantum ad episcopalem,
 dignitatem, tunc promoueri non potest, nec debet absque
 dispensatione papæ, & solus papa dispensat, sed non de fa-
 cili, vt hic uidet. ¶ Quid si aliquis de inferiori dignitate tran-
 sivit ad monachatum, an impediatur eligi ad locum quem
 dimisit? Quidam, s. Inn. & Host. dicunt quod non, & concilium,
 de quo hic, loquitur solum in dimittere dignitatem
 episcopalem. Ratio, quia episcopatus non dimittitur p̄pte
 monachatum, sed inferior dignitas sic, nec in illis sic requiritur
 causa dimissionis, inf. de reg. c. licet. talis. n. bene assumitur
 in episcopum, nisi ei fuerit ei obiectum & probatum
 crimen, quo casu nec propter concilium, quod de tali non
 loquitur, sed propter crimen repellitur. 25. dist. c. i. & con-
 cor. quod ibi no. Io. dic ergo si descendit ad monachatum,
 quia propter delictum depositus ad agendum penitentiam
 non poterit reassumi, quia eius crimen factum est notorium,
 igitur repellitur. Idem si propter crimen quod infamat ip-
 so iure, transfuit. Si autem transfuit propter crimen,
 non infamat, vel alias exigat dispensationem, sed propter
 aliam causam, poterit reassumi. in dubio est differentia in-
 ter episcopatum & aliam inferiorem dignitatem, quia vbi
 transfuit ab episcopatu, est suspicio de crimine, & non potest
 eligi, in inferioribus non est sic suspicio de crimine, cū ob
 aliam causam possit transfire & multiplicem quam delicti.
 Quæro quid si episcopus transfuit ad monachatum, postea
 poterit reassumi ad inferiorem dignitatem, non ad episco-
 patum? dicit Io. vbi sup. q̄ poterit, cum concilium solū pro-
 hibeat promotionem ad episcopatum. ergo in inferioribus per-
 mittit. Alii q̄ ad inferiores etiam dignitates postulandus est
 a papa. fatentur tñ q̄ in istis facilius dispensabitur, quam in
 episcopatibus, tum quia id non est contra concilium, tum
 quia indignus maiori, nõ p̄pterea est indignus minori. ff. de
 interdi. & rel. l. relocatori. s. si. & l. seq. Tertii dicunt q̄ ex quo
 prohibet a maiori, & fortius a minori, de transf. c. si. vii. q. i. c.
 mutationes. dñt tamē q̄ offm sine dignitate poterit hñe, qd̄
 est plus ad onus, quam ad emolumentum. C. de infl. l. i. Ho.
 non placet hæc ratio, quia si vera esset, non posset eligi ad
 episcopatum, quia magis est oneris, quam honoris. 8. q. i. c.
 qui ad episcopatum. ideo dicit q̄ poterit habere beneficiū
 sine dignitate non illa ratione, sed hac, q̄a potius est quod-
 dam ministerium nudum, qd̄ facilius, quam dignitas comit-
 titur, quia in maioribus cautius est agendum. de ele. ca. vbi
 periculum. li. vi. i. q. i. c. si qui. s. ecce. 4. i. dist. c. quiescamus.
 Tene q̄ hæc decret. habet locum in inferioribus dignitatibus
 si transfuit ab episcopatu transeat ad monachatum, & etiā
 ad inferiorem dignitatem eligatur. ratio quia causa concilii
 habet locum. nam cum descenderit ab episcopatu, possi-
 bile est q̄ causa delicti, & in talibus oportet esse delictū ta-
 le, quod impediatur ordinis executionem etiā post peractā

præsentiam, & tale impedit promouendum ad quamcun-
 que dignitatem etiam inferiorem. & si dicatur in dubio cū
 plures causæ aliæ possunt adesse, quando præsumimus cau-
 sam delicti, dic quod illa non præsumitur plus, quam aliæ,
 sed quia possibile est ipsam adesse, papa in hoc dubio est po-
 stulandus. Puto tamen qd̄ eo postulato, quatenus concilium
 impedit promouendum, & dispensandum, cum expresse
 non loquatur de inferioribus dignitatibus, nec modo sint
 contra concilium, qd̄ dispensatum erit, & valebit postula-
 tio. Sed cum a papa sit facienda postulatio. non bene pate-
 bit effectus quasi, quia poterit facere quicquid liber.
 23 ¶ Quæro an simoniacus interuentu parentum eo ignoran-
 te possit dimittere episcopatum absque licentia papæ? dic
 quod statim eo qd̄ sciuit, dimittere dēt, alias ratificare vñ,
 debet tamen hñe licentiam papæ, q̄a sine eius autoritate
 non potest. Dicit Host. qd̄ statim cum venit ad eius notitiā
 de simo. vocare debet personas idoneas, & coram eis expo-
 nere factum & protestetur quod inuitus episcopatu tenet,
 cum sine papæ licentia cedere non possit, & coram illis faci-
 at procuratorem, quem in præsentia illorū mittat ad curiā,
 & sic & non aliter putat illum tutum, all. de ap. c. si. sed
 cum Host. & hoc tene, quia coloratum teneret, ut dixi i. d.
 c. præce. & vide quod no. de sim. in c. ex infirmatione. Quæ-
 ro qui sint illi consimiles casus, in quibus cedens & trāñes
 ad monachatum possit reassumi? dicit Io. An. si propter ille-
 gitimitatem cessit, & postea est legitimatus. de quo de elec.
 c. innotuit. uel tunc patiebatur defectum ætatis, & est tunc
 factus maior. Venio ad uer. Quamquam. oppo. quod si dato
 qd̄ q̄s non fuerit cōuictus, uel cōfessus de crimine, ex quo
 transfuit ad monachatum de episcopatu non possit reassumi
 ad episcopatum, q̄a licentia non est danda, nisi sit tale
 crimen occultum, qd̄ impediatur ordinis executionem post p̄-
 actam præsentiam, sup. e. c. nisi. s. p̄ conscientiam, ergo il-
 lud, quamquam occultum, ut inducens irregularem, ex
 quo non est dispensatum, impedit quem reassumi. dicit Ho-
 stien. qd̄ iste secundus intellectus canonis fuit bonus, sed n̄
 sufficienter dixit. Conclude ergo quod aut fuit data licen-
 tia episcopo ex leui delicto de facto, quod non inducit nec
 impedit ordinis executionem post peractam præsentiam,
 & tale non impedit reassumptionem ad episcopatu, vt hic,
 nisi sit de delicto confessus & conuictus. Quandoque delictum
 est graue, & constat, & impedit reassumptionem, etiā
 si non sit confessus vel conuictus. Quandoque dubium est
 pro graui vel leui, & adhuc non resurgit, q̄a non est p̄sum-
 ptio, qd̄ papa dederit licentiam, nisi delictum fuerit graue
 & tale quod impediret ordinis executionem post peractā
 præsentiam, de quo, sup. e. c. nisi. s. propter conscientiam. se-
 cundum Inn. & Host. & sic debet intelligi sequens opi. no-
 tas, quæ vult expresse iuncto illo. s. propter q̄ pro omni graui
 delicto quantumcunque occulto quis impediatur assu-
 mere dignitatem, & tale impediatur ordinis executionem, et
 post peractam præsentiam, & causa est hic, quia digne non
 potest penitere retenta dignitate, quam illicite acquisiuit.
 Quæro quis habet probare, an postulatus, vel pars eius, qd̄
 non transfuerit in casibus phibitis, an aduersa pars quod
 transfuit? quidam dicunt quod electus probabit, quia præ-
 sumitur prima facie, quod non resignauerit sine causa. sup.
 e. c. super hoc. inf. c. i. 7. q. i. c. hoc nequaquam. Alii dicunt,
 quod non debet probare quod aliqua deditis causis resi-
 gnauerit, quæ comprehenduntur a cōcilio, nisi sit præsum-
 ptio contra ipsum, puta quia renunciauerit ordini. tunc em̄
 tolletur præsumptio, eo quod aliqua ex dictis causis resi-
 gnauerit, sed dic secundum Inn. & Host. qd̄ litera hæc ma-
 gis consonat primo dicto. si in uer. Constiterit. tamen p̄
 secundo dicto facit tex. ibi. Tunc. n. esset vehementissime. &
 a est causa, quia in dubio delictum non præsumitur, ex quo
 alia potest dari coniectura, & si renunciauerit loco tantum,
 est præsumptio, vt dixit tex. quod renunciauerit p̄pter aliud
 q̄ propter crimen. secus si renunciauerit loco & ordini, quia
 tunc est præsumptio quod propter crimen, & ideo est vna
 apostilla quæ dicit, quod hæc præsumptio est iuris & de iu-
 re, alleg. de sponfa. c. is qui. quæ apostilla super glo. ordina-
 ria fuit Host. Quæro quid si hic transfuit ad monachatum
 resignasset ordini episcopali? Dic q̄ adhuc potest reassumi
 de

ADDITIO.

a ¶ Præsumitur. Adde quod vol. Rom. conf. 354.